Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

noua. ut creaturam conderet quam nunquam ante cediderat.
quomodo creaturae eternitas ubi ortus uoluntas que non erat.
Hec enim uoluntas dei creatura est. Sed ante creaturam. quam
non crearet aliquid in creatoris uoluntas precederet. Adeo
sam quod dei substanciam praeter uoluntas eius. Quod si ex
ortum est aliquid in dei substancia quod prius non
erat. non uera [illegible] ter dicit. et ina illa substan
cia. Si autem uoluntas semper ina erat ut esset
creatura. cur non semper ina creatura. Quibec
dicunt. non deum te intelligunt. o sapientia dei. olux
mentium. Hi non deum intelligunt quomodo fiant que preter
ire fiunt. et conantur eterna sapere. sed adhuc in preter
ritis et futuris rerum motibus cor eorum uolitat et adhuc
uanum est. Quis tenebit illud et figet illud. ut paululum
stet. et paululum rapiat splendorem semper stantis eter
nitatis. et comparet cum temporibus nunquam stantibus et
uideat et incomparabile et uideat longum tempus non
ex multis preteritis motibus quasimul extendi
non possunt longum non fieri. non autem preterire quicquam
in eterno. sed totum est presens nullum tempus totum est presens.
et uideat omne preteritum propelli ex futuro. et omne fu
turum expreterito esequi et omne preteritum ac futurum
abeo quod semper est presens creatori excurrere. Quis te
nebit cor hominis ut stet et uideat. quomodo stans
dicter futura preterita tempora nec futura nec
preterita eternitas. Hum quid manus mea uale hoc. aut
manus oris mei ploquelas agit. tam grande re. Ecce
respondeo dicenti quid faciebat ds. ante quam face
ret celum et terram. respondeo. non illud quod quidam